



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**Directorivm Inqvisitorvm F. Nicolai Eymerici Ordinis
Prædicatorum**

Nicolaus <Eymericus>

Venetiis, 1607

Gregorius Papa XIII.

urn:nbn:de:hbz:466:1-13589

Officio Sanctissime Inquisitionis.

139

GREGORIUS PAPA XIII.

Statutum S.D.N. D. Gregorij Papae xij. De Blasphemis, & flagitijs Judeorum, in qua haereticae prauitatis Inquisitores animaduertunt.

Gregorius Episcopus seruus seruorum Dei, ad perpetuam rei memoriam.

ANTIQVA Iudeorum improbitas, qua diuinæ bonitati semper restiterunt, tanto execracionis consitit in filiis, quanto ipsi ad cumulandam patrum suorum mensuram in Dei filio repudiando, euisque in mortem nefarie conspirando grauius deliquerunt; qui propter ea suis efficiuntur in maioribus nequiores, proprijs sedibus expulsi, atque in omnes dispersi orbis terrarum regiones, feruiturique perpetuae mancipati, non maiorem in cuiusquam ditione clementiam, quam in Christianorum Provincijs,

Editum Roma
anno 1581.

maxime vero in Apostolica pietatis gremio inueniuntur; que pro eorum conuersione laborans, eos misericorditer excepit, atq; in cohabitatione una cum filiis suis sustinuit, ad veritatisque lumen allucere pio semper studio conata est, rebusq; ad vitâ necessariis inuit, ab iniurijs, & contumelijs prohibuit, multis denique beneficij lux priuilegijs circummuniuit: illi vero nullis beneficijs manegfacti, nihilque de suo pristino scelere remittentes. Dominum nostrum Iesum Christum in celo triumphantem adhuc in synagoga suis, & ubique persequuntur. Christi quoque membris infensissimi non desinunt in religione Christianam horrenda facinora quotidie magis audere; quibus nos, ne pietatis nostræ puritas polluantur, autà fœdis mancipijs Christo, Christianorum ve nominis impune illuminatur, obuiare uolentes. Statuimus ac etiam declaramus, Inquisitores haereticae prauitatis libere procedere posse in omnibus causis, & casibus, qui sequuntur. Si quis Iudeus, aut infidelis in ijs, que circa fidem cum illis nobis sunt communia, ueluti Deum unum, æternum, omnipotentem, creatorem omnium visibilium, & invisibilium, & simili non esse afferuerit, prædicauerit, vel priuatim alicui in sinuauerit. Si demones inuocauerit, consuluerit, aut eorum responsa acceperit, ad illosue sacrificia, aut preces ob diuinationem, aliamque causam direxerit, aut quid eis immolauerit, uel thuris alteriusue rei fumigationes obrulerit, aut alia quenam impietatis obsequia præstiterit. Si Christianos verbo, facto, vel exemplo, aut alio modo nefaria huiusmodi docuerit, vel ad ea perpetranda perduxerit, aut perducere attenterit. Si Saluatorem, & Dominum nostrum Iesum Christum purum hominem, vel etiam peccatorum fuisse, Matrem Dei non esse virginem, & alias huiusmodi blasphemias, que per se haereticæ dici solent in Christianæ fidei ignominiam, contemptum, aut corruptionem impie protulerit. Si cuiusvis eorum opera, auxilio, consilio, uel fauore aliquis Christianus a fide desciuerit, quamque semel suscepserat, abnegauerit, vel ad Iudeorum, seu aliorum infidelium ritus, ceremonias, superstitiones, uel impias festas transferit, vel redierit, seu in haeresim aliquam inciderit: aut qui, ut Christi fidem abneger, seu in haeresim incidat, opem, consilium auxilium, uel fauorem quomodo-

Fuit publicati
& imprimi
Romæ an. 1581.
De materia hu
ius statutis Ex
meritus Directo
torio p. 2 q. 45.

Bcunq; præstiterit. Si quis Cathecumenum, vel quemcunque ex Iudeis, aut infidelibus Deo inspirante ad fidem Christianam uenire uolentem, post declaratam ostiu, verbo, facto, aut quoconque alio modo eius voluntatem a fide, vel fidei instructione, aut a sacri baptismi susceptione, retrahere, auerrere, uel dehortari, aut ne ad fidem ueniar, neve regenerationis lauacro abuatur, quouis modo impediuerit. Si quis Apostatas, haereticos scienter domi sui acceptauerit, aluerit, commeatu inuenir, seu quouis modo eis cibaria ubiqueque præbuerit, aut dona, uel munera dederit, uel miserit, aut de loco ad locum deduxerit, seu associauerit, vel deducendos, seu associandos curauerit, aut sumptus ministrauerit, duces comites illis adiunxerit, uel ne ab eis perpetrata deprehendi, aut inuestigari queant fecerit. Quinque dictos apostatas aut haereticos scienter aliquo modo receptauerit, occultauerit, defendenterit, aut eis opem, consilium, auxilium, uel fauorem quomodolibet præstiterit. Si libros haereticos, uel Talmudicos, aut alios Iudaicos quomodolibet damnatos, aut alias prohibitos tenerit, custodierit, uel divulgauerit, uel in quæcumque loca detulerit, aut ad eam rem operam suam accommodauerit. Si Christianos deriserit, redemptionisque nostræ hostiam salutarem in ara Crucis im-

Emolarat, Christum Dominum ludibrio, & despiciu habens, quandoq; , maxime vero in sacro Parasceues die agnum, sive oeuem, aut quid aliud Crucifixus, aut appenditerit, in eamue conspuerit, seu quodcumque contra ipsam fecerit. Si nutrices Christianas contra sacrorum Canonum statuta, diversorumque Romanorum Pontificum predecessorum nostrorum sanctiones adhuc retinuerit, aut eas retinens die, qua sanctissimum Eucharistia sacramentum sumperferint, lac uno, uel pluribus diebus in latrinas, cloacas, uel alia loca effundere coegerit. In quibus casibus uniuersis, & singulis omnes prædictæ prauitatis Inquisitores omnium Regnorum, Provinciarum, Comitatuum, Dominiorum, & locorum uiuersi orbis Christiani iudices in suis quemque locis perpetuo delegamus, ut super his contra Iudeos, atque infideles quocumque simul, uel separatim, prout in causis fidei iuxta sacrorum Canonum formam, necnon officij Inquisitionis huiusmodi constitutiones, diligenter inquirant, & procedant, & quos in aliquo uel aliquibus horum flagitorum excessibus culpabiles reperiunt, in eos pro culpe modo, ac etiam pro criminum numero, uel multiplicatione, aut consuetudine delin-

delinquendi, flagra, remigia, etiam perpetua, rerum quoque publicationes, exilia, aliaq; atrociora de A cernant, & alias de eis exempla edant, quæ sceleratos illos deterreant ab huiusmodi flagitijs in post-
rum admittendis. Nos enim venerabilibus fratribus nostris S.R.E. Cardinalibus Inquisitoribus gê-
neralibus, necnon Patriarchis, Archiepiscopis, Episcopis, & alijs locorum Prælatis, ac etiam alijs præ-
dictis Inquisitoribus in virtute sanctæ obedientiæ districte præcipimus, & mandamus, ut prælen-
tes nostras litteras in Cuiitatibus, & locis cuiq; subiectis publicare, & iuxta illarum tenorem proce-
dere, ipsaq; debita executioni mandate procurent. Decernentes irritum, & inane quicquid secus
per quoscunque scienter, vel ignoranter contigerit attentari. Non obstantibus constitutionibus, & or-
dinationibus Apostolicis, necnon exemptionibus, priuilegijs, immunitatijs, commeatibus, in fidem
publicam receptionibus, & tolerantij prædictis, ludeis, & alijs infidelibus Maranis, & Apostatis,
tam in Dominis, Terris, & locis nostris, & sedi Apostolica mediate, vel immediate subiectis, quam
alibi vbiunque Reginorum, Provinciarum, & Dominicorum, gentium, & locorum commorantibus,
uel in ea ex quibusuis Regnis, & partibus tam fidelium, quam infidelium confluentibus, eorumque
Iudicibus, aduocatis, & defensoribus quacunque auctoritate, potestate, & dignitate fungantur, etiam B
ad instantiam Imperatoris, Regum, Ducum, & quorumvis aliorum Principum tam per fel. rec. Paulum III. Decimo Kal. Martij, & Iulium etiam III. Non. Decembbris, Tertio anno sui cuiusque Pontificatus, quam etiam quoscunque alios anteiiores, & posteriores Romanos Pontifices, ac nos, & sedem
Apostolicam, euq; legatos, ac etiam Cameram Apostolicam sub quibusunque tenoribus & for-
mis, ac cum quibusuis clausulis, & decretis, etiam Moru proprio, & alias quomodo cuunque haec tenus
concessis, confirmatis, & innouatis, atque in posterum concedendis, confirmandis, & innouandis;
quæ omnia etiam si de illis, illorumque totis tenoribus specialis, specifica, expressa, & individua men-
tio, aut aliqua alia forma ad hoc seruanda fore, tenores huiusmodi, ac si ad verbum inferentur præ-
sentibus pro plene expressis habentes harum serie specialiter, & expressè reuoramus, abrogamus, &
omnino abolemus, & erilique contrarijs quibuscumq;. Volumus autem praesentes in locis Vbis con-
fiteis de more publicari, & earum exemplis etiam impressis manu Notarij publici, & sigillo Sanctæ
Romanae, & voinalis Inquisitionis, vel personæ in dignitate Ecclesiastica constituta munitis, can-
demperimus fidem ubique tam in iudicio, quam extra illud adhuc ibi, que adhiberetur eisdem præ-
sentibus si effector exhibitus uel ostendat. Nulli ergo omnino hominum licet hanc paginam nostro-
rum statuti, declarationis, delegationis, præcepti, mandati, decreti, revocationis, abrogationis, aboli-
tionis, & voluntatis instigere, uel ei ausu temerario contraire. Si quis autem hoc attentate præsum-
pserit, indignationem omnipotens Dei, ac beatorum Petri & Pauli Apostolorum eius, se noverit in-
cursurum. Dar. Romæ apud Sanctum Petrum. Anno Incarnationis Dominiæ Millesimo quingente-
simō octuagésimo primo, Kal. Iunij, Ponificatus nostri anno decimo.

M. Datatius.

Cf. Glorierius.

A. de Alexijs.

Anno a Natiuitate Domini M. D. LXXXI. Indictione nona, die vero decima mensis Iunij, D
Pontificatus sanctissimi in Christo patris & D N. D. Gregorij diuina prouidentia Papa xij. An. decimo,
Retroscripta litteræ Apostolice, affixe & publicate fuerunt ad Valvas Ecclesie S. Ioan. Latheranensis,
Basilice principis Apostolorum de Urbe Cancellarie Apost. et in Acie Campi Floræ, ac etiam ad Valvas
sepi Hebraeorum, per nos Petrum Aloystium Gaytam, et Nicolaum Tagliettum, Apostolicos Cursores.

Antonius Ludouicus Magister Curs.

S. D. N. D. Gregorij Papa XIII. Constitutio de prædicacione facienda
Judeis semel in Hebdomada.

Edita Rome
anno 1584.Fuit publicata
& impresa Ro-
me anno 1584.

R E G O R I V S Episcopus seruorum seruorum Dei, ad perpetuam rei memoriâ. San- E
cta Mater Ecclesia, cuius Christus caput est, ingenitam suam charitatem ad omnes
late diffundens, antiquæ Israëlitica gentis, populique Dei peculiares reliquias pio
nunquam desinit affectu miserari; grauiterq; contrastatur ludorum quondam na-
tionem præcipuis auctam muneribus, & gratijs (cuius erat adoptio filiorum, glo-
ria, testamentum, legislatio, obsequium & promissa, unde etiam Christus Saluator
noster secundum carnem nasci dignatus est) per diuersas orbis partes tot iam saecula dispersam; ac
contagiosi gregis more per inuia, & iniquoq; misere uagantem, verbi Dei fame, & aquæ refectionis
siti perire, longeque non a terrena tantum, super quam Dominus fleuit, sed quod grauius est, a cele-
sti quoque Hierusalem, nisi Christum, quem negauit confiteatur, exturbari: Qua miseratione, &
merore nos quoque non leuiter commoti, in dies semper aliquid excogitamus, unde eorum con-
uersioni & saluti opportunius prouideatur, ipsisque ad intelligentiæ uiam, quam sibi præcluserunt,
ualeant